

3482 Iunoni Feron[iae] | Barbia L. f. Secun[da] | acdem, signum, por[ti]cus d. p. s. d.

Olim Villanuovae in Histria, est Veronae (V 412 vidit Mommsen).

3483 ar | Feroniae sac., | in memoriam¹ | . . Minei Prisci fil. | T. Kanius Ianuar.² | sac. gratuitus | anno XXXX | d. d.

Aquileiae rep., exat Veronae (V 776 vidit Mommsen). — 1) In memoriam mortalium tituli diis dicati multi Aquileiae reperti sunt, cf. infra N. 5550. — 2) Idem homo Fonti B. dedicavit titulum V 755.

3484 Q. Murrius Cn. f. | Vacunae vot. | dat lubens merito.

In Sabinis prope vicum Laculo (IX 4656; de visu Persichetti Notizie degli scavi 1894 p. 342). Loco illo, ubi lapis ecclesiae cuidam inaedificatus est, extitit certe iam saec. p. Chr. XVII. Non recte Martellio homini levissimo crediderunt lapidem extare prope vicum eiusdem regionis Bacugno, quem sane a Vacuna nomen habere nihilominus potest verum esse. — De Vacuna cf. Preller I (ed. 5) p. 408 seq.

3485 . . Esvivius | Modestus Vacun[ae] p[ro] valetudine pat[ris] | v. (corona lemniscata) [s.].

3486 pro reditu L. Acesti ex Africa | vovi Vacunae Aredia Daph[ne] | et C. Pomponius, | (palmae duae, corona lemniscata) v. s. l. m.

Poggio Fidone in Sabinis, non longe a Reate (IX 4752. 4754 ab incola quodam regionis illius descriptae, satis accurate ut videtur).

3487 Matri [Ma]tutae | Magia Prisca | signum Iovis | d. d.

Corae (X 846 Barnabeus vidit ectypum). — Praeter hunc et eos qui sequuntur, item antiquissimum supra N. 2974, Matri Matutae dedicatus videtur esse etiam titulus, cuius exiguum fragmentum prodiit loco dicto Conca, inter Antium et viam Appiam (Notizie degli scavi 1896 p. 402 et melius p. 495), ubi Satricum fuisse videtur (cf. CIL. X p. 664). Fuit Satrici celebre Matris Matutae templum (Liv. 6, 53, 4. 7, 27, 8. 28, 11, 2). De effossionibus ruderum huius templi cf. Barnabei Notizie degli scavi 1896 p. 25 seq. 99 seq. 190 seq., Graillot Mélanges de l'Ec. fr. de Rome 46, 1896 p. 451 seq., Petersen Roem. Mitth. 1896 p. 457 seq.

3488 Cervaria Sp. f. Fortunata | magistra | Matri Matutae | d. d.

Corae (X 6544 referunt lucundus et post multum temporis Fea). In eodem lapide videntur extitisse haec multo antiquiora et omnino ab illis aliena Paul. Toutia M. f. et | consuplicatrices (I 1455 = X 6548).

3489 Publiciae L. f. | Simili | magistrae | Matris Metut. (sic), | M. Aemilius M. f. | Ulpianus | uxori | sanctissimae. | [L.] d. d. d.

Praeneste (XIV 2997 vidi). — Ad aliam magistram Matris Matutae Praenestinae videtur pertinere XIV 5006.

3489 Matri Matutae | Flavia T. fil. Nicolais | Sadaane L. Antisti Veteris¹ ex responso | deae Iunonis aram | fecit dedicavitque.

Supra Berytum prope vicum Beit-Meri in ruderibus dictis Dér-el-kala, ubi